



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 7. Potestas etiam sanctis quibusdam data, ad aquas certis limitibus
coërcendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

moq; maculat? Astricti sunt illi diuinis mā-
datis; nulla astrict⁹ est lege DEVS, vt aquas
cohibeat à nocuentis: quamuis tamen ea
mortales millies meruissent pati, nihilomi-
nus vix semel eos pessumdat; sed potentiā
suā eluiones ab eis abarceat.

§. VII.

*Potestas etiam Sanctis quibusdam data, ad a-
quas, certis limitibus, coercendas.*

Quæ bonitas vt intelligatur, potestatem
in aquas subinde, & Sanctis suis DEVS con-
cedit; quorum vis illa, sine inundationi-
bus, aut violentia fluctuum, non inclaresce-
ret. Eorum autem vis est virtus DEI. Itaq;
in seruis suis, ostēdit Dominus vires suæ bo-
nitatis: vt, si miremur, in hominibus, quod
in illis gratia est, multo magis miremur, in
DEO, quod in illo natura est. Quam stupen-
dum fuit, Moyse populum, per mare rubrū,
ducēte, erectos hinc inde, murorum instar,
stetisse immobiles fluctus, & siccum DEI
cultoribus transitum dedisse? Quantæ ad-
mirationis fuit, cum Iordane diuiso, & ma-
ris exemplum sequente, idem effecit Iosue?
An autem hæc, in veteri Testamento dun-
taxat contigerunt? Etiam, in nouo, legim⁹,
similia contigisse. Fantinus Syracusanus,

Exod. 14.

Iosue 3.

Marul. li.

2. cap. 2.

M

Balza-

Balzaniū, ob equos strigiosiores, quos illi pascendos cōmiserat, iratum fugiens, praemissis precibus, ad cælum, Motabrum frumen, virgâ dissecuit, & siccis pedibus transiuit, iramque euasit persequentis. Aiunt & S. Fridolinum Viatorem, infulam Rheni, vbi nunc Succingum oppidum est, à Clodouæo rege Gallorum dono acceptâ, defuncto rege, incolis tumultuantibus, habuisse controuersam; sed precibus à DEO impetrasse, vt Rhenus à dextero, in sinistrū alueum miraculosè deriuaretur, atq; illi, cōtra Ethnicos, propugnaculum ex vndis faceret. Hoc miraculo Fridolinus incolas Christo est lucratus. Turpe enim fuisset, homines illi non cedere, cui videbant, vndas ipsas, & tantum flumen obedire. Similius est, quod de nostro Iosepho Anchietâ scriptum reliquit Sebastianus Beretarius, & his verbis commemorat. *Eodem in littore, die alio, piscandi, salendiq; operi intentis alijs, cū se à cœtu, diuina liberius cōtemplandi causâ, subduxisset, spatium trium quattuorue horarum, plus minus, desideratus est: eum, vestigia secutus, tandem in littore sedentem, frater illi comes inuenit; & illo ipso tempore maris astus accedebat, qui quodam diuino imperio accepto, cū prater eum finem*

Sebastiã.
Beretar.
li. 4. vitæ
Iosephi
Anch.

Si Ioseph

1782

ubi Iosephus sedebat, longè fluctus eiecisset, ab eius tamen corpore ita undas cohibuit, ut aquæ illi, & à fronte, & utroq; ab latere, quasi in sinum diducta, ac veluti in parietes erecta, nullà contactum alluione, ac ne aspergine quidem circumsepirent. Diceres rubri maris miraculum, in transitu Hebræorum, renouatum esse: non audebat frater, intra undarum hiatum, se insinuare, sed extra ultimos fluctus, quanta maxima poterat, vocis contentione, Patrem cōpellabat; ad vocis clamores, strepitum etiam, fragorémq; asserum addebat. Cúmq;, ne sic quidem, fremitum maris superaret, neq; alto contemplationis somno consopitum Iosephi animū excitaret, fretus & ipse diuino patrocínio; diductum intrat aquarum septum, Patremq; admonet, tempus esse hospitium repetendi, abeuntes unda sequebantur; præuentéq; Patre, talos subsequentis fratris alluebant; ille territus periculo, Patrem antecessit. Eum Pater leniter verbis increpans: nescis, inquit, quia venti & mare obediunt ei? timere prohibuit. Pratergressis tandem extremam alluionem, tum mare littore toto coaquatum. Impios aquæ sequuntur, ut opprimant; Sanctos fugiunt, ne vel aspergant.